



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

Legata omnia de manu hæredis capienda sunt, & licet legatarius non possit autoritate propria legatum accipere. & aliter teneretur hæredi restituere prout uoluit tex. in l. unica. C. quorum legat. Id tamen in quibusdam casibus locum non habet. prout Capra consi. 3. circa hoc pura in fine.

1. Limita. q̄ legatum libertatis dicitur pium, quando fit pro anima uel amore Dei, alias secus. Ita Bar. in l. i. C. de sac. sanct. eccle. & ibi Ias. in utraque lect. uersi. not. istam p̄sch. limit. Tiraquel. in tract. piæ causæ in præfatione fol. 1. uersi. limita. q̄ d. legatum.

2. Fallit hæc regula in legatis ad pias causas, quæ anthoritate propria legatarii capere possunt, & re uendicāt, ut tenet Corn. Pe. consi. 140. circa hanc consult. col. si. l. c. fol. 1. & Capra consi. 302. punctus in 4. dubio q̄ not.

3. Fallit etiam in legato libertatis, quia disposita in libertate locum habent ad alias pias causas. sp. in tit. de instr. edit. §. nunc aliqua uersi. & scias Bal. in l. ii. & l. penult. C. de fideic. libert. late Tiraquel. in tract. piæ causæ nu. 3. fol. 15. uersi. item legatum libert. in præfact.

REGULA LXXII.

Legatum reddituum ex aliquo fundo, si ad manus tertie personæ fundus peruenerit, censetur obligatus ad illos redditus, & ad illum agi poterit hypothecaria tex. est cum glo. in l. Gaius. d. de ann. legat. & l. Lucius. ff. de alim. & cib. legat. Roma. consi. 388. in casu propositi. num. 5. & idem sing. 432. & Bal. in l. liberis. §. Lucius. ff. de alim. legat. & late Tiraquel. 63. p. de priuilegiis piæ causæ. fol. 97.

1. Amplia. id locum habere in legatis ad pias causas. prout Tiraquel. in d. p. 63. in princ. quod not.

1. Fallit in fundo, seu proprietate urbis Venetiarum, quia stabila

stabilia urbis nostræ si alienarentur per aliquē tertie personæ semper intelligitur ex lege senatus saluo iure communis. ut in parte M. confi. 1257. die 4. Febr. etiam si daretur alicui monasterio ecclesiæ, uel personæ religiose per testamentum, per cartam, uel per alium modum, i salua ratione communis, talis datio nullius esset momenti, uel uigoris. Ita q̄ de ea solui debeant impetrari & alia de iure soluenda, quia quælibet res transire debet cum onere & honore suo. ut l. quicquid. ff. com. præd. l. i.

REGULA LXXIII.

- I Legatum factum fratri per testatorem an intelligatur de carnali. Abb. Bal. & Card. in c. licet de off. delegatorum. referunt Bal. intelligere de carnali, quia ita se habet communis usus loquendi, ratio quia uerba debent intelligi in potiori significato. ut §. quotiens inst. de iur. na. gent. Item ubi concurrunt ueritas & fictio, ueritas præualeat fictio. l. filio. ff. de lib. & posthu. & ratio naturalis uincit accidentalem. l. qui habebat. ff. de tutel. & c. requirente. de test. & fratres octo modis dicuntur. ut Deci. in c. causam. nu. 4. de iudit. Corn. confi. 57. col. 5. in princ. uol. iii.
- I Amplia. etiam ut omnes religiosi & monachi fratres proprie dicuntur de iure, sed aliter de communi usu loquendo? secundum Abb. & Deci. in d. c. causamque. nu. 4. de iudit.
- II Amplia. etiam ut omnes christiani fratres dicantur, quia propter lauacrum generationis habent unum patrem. Item fratres dicuntur xi. q. iii. c. ad mensam. & ideo Io. Anab. tenet in c. Io. de regul. q̄ fraternitas dicitur octo modis.
- I Fallit in materia odiosa, appellatione n. fratrum non uidentur monachi. c. ex litteris de spons. c. quanquam xi. q. i. Abb. in c. sane de foro compet. cum aliis. & minus forte Deci. confi. 230. nu. 4. Bal. confi. 460. col. ii. uol. i. Anab. in c. i. de constit.

REGV